



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

174 Uniuersitatum nominationes ordinariis collatoribus permolestæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

tum & inculcatum c. 2. totoque tit. de concess. præbend. & eccles. non vacant. c. audiimus. 3. q. 2. & c. non furem. 7. q. 1. similibusque locis de viui successione loquentibus. Ac licet à gratis talibus expectatiuis nūc ampliùs periculum non sit Collatoribus ordinariis quamdiu Concilij Tridentini decreta vigent vel absoluta potestate sua Pōtifex non vitur, nominationes tamen Vniuersitatum facessunt adhuc eis negotium Concilio Tridētino non reuocatae sess. 25. c. Reform. 9. contra quales nominatos an & hæc Bonifaciana valeat, paulò post oportuniùs quæretur in singulis huiusce c. clausulis excutiēdis quas ordine persequamur.

Ait Pont. *beneficia proximè vacatura expectent.* Igitur expectantes alioquin huiusmodi, cæteris omnibus præter permutantes erant in beneficiis vacantibus adipiscendis præferendi. quales quidem si fuerint numero plures, qui prior est tempore potior est iure c. quia sæpè dubitatur. s. de præbend. quæ tamen regula frequenter inter eos fallit: vtpote si vel negligens fuerit prior in petenda præbēda primùm vacante c. si clericus. s. de præbend. vel prior præbendam solā expectet, secūdo dignitatem & præbendā expectante, ac postea vacet præbēda quæ dignitati sit annexa d. c. quia sæpè dubitatur. s. de præbēd. vel gratia prioris reuocetur propter secundū c. quodā per literas. penul. s. de præbend. vel denique postremus ordine prærogatiuam habeat à Pōtifice, quemadmodū luculēto & elegāti docet exēplo Bonifacius

g iij hic no-

173

Priusquā vacarent beneficia conferri nunquam libuisse.

174

Vniuersitatis nominationes Ordinarius collatoribus permolestæ.

175

Expectantes omnibus præferendi.

176

Posteriores quando prioribus præferantur.